lega. et. l. a filia. §. j. ff. ad tre. Et sic in casu nostro videbat si filius erat mortuus sui iuris qõ transmitteret hoc fideicommissum ad heredẽ suũ: vt dicit in. d. §. largius. et darius in. d. l. a filia. §. j. ff. ad tre. Sed cõtrariũ determinat bic qñ pater est rogatꝰ restituere filio: q: imo hereditas ante euentũ cõditionis acquirit patri ex persona sua: et in ver. deniq̃. vii; nõ est simpler executor: sed habens cõmodũ et ius hereditatis: et ideo fideicommissum est cõditionale: et si deficit conditio remanet penes grauatũ: secus esset fm bar. Si extraneus esset institutus et grauatus pater restituere eãdẽ hereditatẽ istituto: tũc eam restituere eadẽ hereditatẽ ꝑsi: et ipse pf post tps esset grauatꝰ reddere esset loco executoris: et iõ nihil remaneret penes eũ: sed extraneus transmitteret ad heredem suum fideicommissum tanq̃ purum et posito qõ non transmitteret ipse idẽ extraneus caperet deficienti cõditione fideicõmissum illud tanquã heres intelligẽ qõ mortuo extraneo heres eius ex ꝑsona exranei instituti caperet. ista videt esse intẽtio. d. Bar. melius declarata. Sed ista lec. nõ ꝓbatur. Raph. hz nesciat innenire melioꝛ: q: fm hanc positionẽ in casu nostro nulla poterat esse dubitatio qõ pater nõ esset grauatus tanq̃ simpler executor cuius testatoꝛ sciret qõ ex institutione filii oino hereditas erat sibi querenda de iure isto: vñ necesse erat eum grauari tanq̃ persona: que haberet ius in hereditate. Pau. de cast. etiã reprehendit ista lec. dicẽs qõ iura allega. p Bar. non loquunt in casu nostro: q: in eis erat appositum tempus certum restitutioni fideicõmissi. vnde nõ est inirũ: si ille cui scõo loco fuit restituta hereditas seu relictum censet executor: sed nos loquimur qñ grauato fuit appositum tps certũ qõ semp hz vim cõditionis. vt. l. heres meus. in prin. de condi. et demon. Confirmat ista cõclusio secundum eum: q: non solum legatũ dicit cõditionale qñ relinquit post mortem grauati: sed etiam qñ relinquit post mortem cuiusdam tertii. vt l. quibus diebus. §. quidam titio. j. de conditio. et demonst. ergo vult dicere Pau. quod ille cui secundo facta fuit restitutio esset nudus executor et nõ habens ius in re in qua erat grauatus. Ex quo tamen fuit grauatus dare post mortem suam fideicõmissum esset conditionale. Preterea dicit ipse in. ll. allegatis per bar. nõ decessit fideicõmissarius: sed executor. Sed hoc vltimũ est manifeste falsum: q: imo in dictis iuribus marime in. d. l. a filia. §. j. fideicommissarius est ille qui decessit primum cum etiam dictum quo impugnaret barto. nõ videtur bonum: quia licet in legibus allegatis per Barto. esset appositum tempus certe etatis: illud tamen tps facit conditionem cum apponitur dispõni sicut dies incertus ꝓter quã tribus cõcurrentibus: de quib⁹ vide p bart. in. l. si cui legetur. §. j. et ibi per Bar. et ibi dicemus. j. eo. Preterea cum dicit qõ tps incertum appositum in persona cuiusdam tertii facit conditionem etc. vt. §. retuli põt responderi qõ illud est verum: nisi apponatur in persona executoris et nudi ministri quia tunc videt potius esse quedam dilatio temporis in quo testator voluit cõseruari fideicõmissum in executore quas tps incertũ faciens cõditionẽ: põt tñ dici qõ prima ratio sua satis bene pcedit q: cum dies incertus fortius faciat cõditionẽ quã certus vt declarat Bar. in. l. si cui legef. §. j. nõ videtur valere ista ꝓna vbi apponitur tps certe etatis aliquo casu et illo tpe nõ inducitur conditio: ergo sitr vbi apponitur tps incertum oino. Preterea vltra ipsum dico si bene respicias ad tex. nostruz in ver. deniq̃. ex quo fit illatio in vltimo ver. quod bic nõ fit differentia inter patrem rogatum restituere filio et alium rogatum restituere extraneo q erat institutus: et a quo ipse rogatus hereditatem acciperet: quia iste casus nõ ponitur in ter. in ver. deniq̃. vt ergo bene fiat illatio ad precedentia intelligendum est quod fiat differentia vtruz pater sit rogatus restituere filio quando filius fuit institutus vel extraneo quando retento eodem themate filius erat institutus: q̃ differentia nõ potest habere locum in casu Barto. quo ad secundum membrum quando erat rogatus restituere extraneo: q: extraneus ipse nõ fuit institutus sed filius. Preterea in isto secũdo membro hec sua opinio est contra ter. expresse in. l. epistola. §. fin. ff. ad trebel. vbi patet quod fideicommissum datum post mortem tertio loco illi qui primo loco fuerat institutus vz et restituitur fideicommissum: sed hoc esset impossibile: si mater que erat prima fideicommissaria esset nuda executrix: vt probabo: ergo boc non est dicendũ: qõ aũt sit impossibile patet q: quando aliquid relinquit a mero executore tanq̃ ab ipso nõ potest relinqui: quia nõ est honoratus in aliquo: vt. l. j. §. sciendum. j. de le. iij. et. l. ab eo C. de fideicõmis. vnde si relinquitur ab executore interpretamur quod videatur relictum ab herede: vt plene tradit bart. in. l. alia ff. de ali. et cib. lega. Sed ista interpretatio non potest habere locũ in hoc casu: q: sic videretur relictum fideicommissum heredi a se ipso quod est impossibile: vt in text. nostro: ergo necessario cõcluditur qõ in. d. l. epistola. in fi. ille cui secundo loco restituebatur hereditas erat fideicommissarius: et habebat ius in hereditate. facit optime ter. cum gloſ. sua in. l. in cause. §. pomponius. ff. de imo. Non ob. iura allegata per Barto. q: dico quod alia rõne in dictis iuribus illi cẽsentur nudi executores. Nã in restitutiõe facienda scõo loco nõ est ꝑsus testõ: verba legati vel fideicommissi. Item voluit testator ꝓstari vnras primo legatario pedente termino imo in vno et illis iuribus voluit ex visuris primũ legatarium ali. vnde ista duo simul iuncta sunt illa: que inducũt effectum ꝓdictũ. Si quis tñ vellet tenere sniam Bar. posset respõdere ad. l. epistola. qõ ille cui fiebat restitutio. Scõo loco ideo nõ cẽsetur esse nudꝰ executor q: testõ iussit heredẽ instituz; retinere quartam: et sic datur intelligi qõ voluit actionẽ tranfire ex treb. hoc tñ nõ credo fuisse de mẽte illius. l. licet ita posset cauillari. vñ in summa ista lec. nõ placet pp qõ Pau. de ca. bic tandem ponit verã lec. quã ego ibi dixeraz in lec. ꝓece. priusq̃ eum viderem. est ergo sensus istius. l. scõm eum qõ qñ pater est rogatus restituere filio instituto: q: nõ rogatur tanq̃ heres et ex persona filii fideicõmissum deficiens remanet penes eũ ex quo ipse solus est grauatꝰ scõm regulam positam in. l. si quis titio. in prin. j. de leg. ii. §. quãdo filio instituto pater rogatur restituere extraneo tunc q: pater ꝓstat fideicõmissum: vt heres ex persona filii ipse filius dicitur esse grauatus: et ex hoc sequitur qõ si filius est effectus sui iuris antequam moriat fideicõmissarius extraneus cui erat relictum fideicõmissum post mortẽ patris onus deficiẽs remanebit penes filium qui fingitur esse grauatus: et ex quius persona pater ꝑstat nõ penes patrem et hoc dictum dicit a nemine esse tactũ. Sed cõtra istã lec. arguit fortiter: q: ipossibile vt esse q̃ fideicõmissuz deficiens remaneat penes filiũ ex quo ipse nõ est heres quo ad aliquem effectũ iuris scõm opi. Bar. quã. §. tenui. d. Pau. bic non formatistud cõtrariũ q: ipse in illa. q. tenuit qõ penes filiũ remanet nomẽ heredis et inquantũ istud nomẽ significat ius: licet fateatur qõ actiones directe transeunt in patrez. Sed istud est impossibile: vt in illo articulo ostendi si ius directum ipsius vniuersitatis: que vocatur hereditas est translatum in patres quod filius potest dici heres quo ad effectum iuris et habere nomen heredis. Sed possumus dicere est de mente iurisconsulti in versi. deniq̃. qõ ideo onus deficiens remanet apud filium: q: licet re vera pater sit heres: q: in hanc hereditatem quesiuit per mediã psonã filii filius ipse fingatur esse heres quo ad quoscdam effectus inter quos est iste et alius de quo tetigit bic Bart. vz; qõ substitutio facta per istud verbum quisqs mihi heres erit faciat filium vel seruum baberi p herede quo ad boc: vt si sint facti sui iuris succedãt virtute substitutionis. et hoc tenuit Barto. bic et in. l. iij. §. de vul. et pu. ꝓ cuius cõclusione allegat hic Joan. de imo. ter. in. l. si filius. §. fi. §. de acquiren. here. Sed ille ter. cũ reuerentia nihil facit loquitur enim ibi quãdo seruus erat institutus pure ꝓ parte et ꝑ parte sub cõditione: et ibi dicit qõ si tpe cõditionis existentis seruus reperitur sui iuris qui prius ad vtilitatẽ vñi adiuerat partem hereditatis sibi pure relicte quod ipsi acquiritur alia portio hereditatis relicta sub conditione. Sed in dicto casu serno non erat relicta portio conditionalis: si ipse esset heres ex prima: vnde etiam si repudiasset vel voluisset adire ex institutione pura nihilominus amitteretur ex institu. conditionali. Tu ergo vide ter. singularem qui ꝓbat cõclusionẽ quem ibi no. Bar. ad hoc in l. heredi. §. j. §. de vulg. et pupilla. Aduerte tamẽ: q: ista decisio bar. placeat: ratio tñ decidendi sua bic nõ vf bona. dicit enim qõ ideo seruus manumissus succedit in casu ꝓmisso q: ista conditio quisquis mihi heres erit. resoluit in hanc: si mihi alĩs heres erit: et videtur ista cõditio cõtinere factũ potius quã ius scõm eũ. vnde sufficit q: de facto seruus fit scriptus heres qõ nõ vf versiõ: q: tert. in. l. in substitutiõe. §. j. de vul. et pu. dicit qõ ad verificationẽ huius cõditionis requiritur qõ alĩqs semel quesierit hereditatem et factus sit heres aditiõe. et idẽ ꝓbatur recte intuẽti in. l. ex facto §. iulius. eo. titu. dic ergo qõ ratio est illa quã. §. dixi: q: ille q fecit aliũ heredẽ ex ꝑsona sua intelligit q̃ ad effectꝰ q ꝑtinet ad veru heredem filio vel seruis factis sui iuris: et dicit heres: vt. §. fuit declaratũ. Intellige quo ad effectus qui sequerentur in futuruz post acquisitionem factam patri vel dño. Et ad id qõ diximus. §. in. ii. notabili soluẽdo Jsiñ. l. ab eo. de fideicommiſ. dic melꝰ quã ibi fuerit dictum quod tertius in. l. sed si sic. §. finali delegatis. iij. loquitur quando non erat omnino certum rebus stantibus ꝑut stabant tempore testamenti hereditatem peruenturam ad gratum. Sed in casu nostro est secus quia stante filio in potestate ꝓut erat tempore testamẽti vel serui certum erat hereditatẽ pertuenturam ad dominũ: vnde est similis casus. ac si in genere esset grauatus heres successur⁹ ab intestato: et ita soluit hoc Rapha. et est de mente Bar. satis clare: et in hoc solum meruit bar. reprehendi q: dixit qõ ex tacita voluntate testatoris hereditas ꝑuenie bat ad patrem vel ad dominum.

Summarium.

1 ¶ Quod alicui acquiritur ex iure accrescendi dicitur ei acquiri iure ꝓprio.

2 Vbicunque defertur alicui. l. electio: inuarialibilis est electio semel facta.

Universidad de Deusto
Biblioteca

3 Legatum non debetur nisi ab adita hereditate: ⁊ ideo non cogit heres prestare ante hereditatis aditionem.
4 In vltimis voluntatibus regulariter vltima voluntas derogat prime idem in contractibus.
5 Clausula derogatoria precedēs tollit dispositionem sequentem.
6 Inducta ad diminutionem non debent operari augmentum.

Si mihi ⁊ tibi. Cedit alteri in portiōe sua potest legatarius totum legatū acceptare ex causa ꝓpria vel hereditaria ⁊ electa vna causa nō potest redire ad altā. vel sic ⁊ breuius ſm Bal. quando iura duarum ꝑsonarum concurrunt in vna idem potest vna persona qđ poterāt ille due. Secunda est ibi: ⁊ si voluero. ¶ No. primo qđ id qđ acquiritur alicui ex iure accrescendi dicitur ei acquiri iure ꝓprio: qz portio que accrescit portioni capit qualitatē a portione cui accrescit. l. inter socerum. §. cum inter. ff. de pa. do. ⁊. l. etiam. C. de iure do. acquisitio tamen immediate fit ei dispositione. l. ⁊ in hoc differt a prima portione cui accrescit: vt. l. si in testamento. et ibi per Bar. ff. de vul. ⁊ pupil. ¶ Secūdo no. ibi ad me pertinere: vt tota mea sit qō ille q respectu diuersarū partiū habet diuersum ius in re dicēdo simpliciter rē ad se ptinere ex vno capite nō vī renunciare alteri capiti in alia pte: vnde nomē rei capit hic ꝓ pte rei et nō ꝓ tota. facit ad ea que diximus in. l. serui electione. §. eo. hoc probatur hic erpſſe: dū requirit qđ ego dicā totā rem velle ad me pertinere ex vno capite. ¶ Ultimo no. qđ vbicūqz alicui defertur electio. l. electio semel facta est inuariabilis[a] qđ tetigi ad declarationē glo. vbi allegaui duas bonas. ll. in. l. serui electione in prin. ff. eo. ¶ In glo. posita super verbo non posse ibi non sunt cause lucratiue ⁊c. ista ratio ſm Bar. simpliciter nō est sufficiens qz due cause lucratiue ex postfacto bene possunt cōcurrere in ꝑsonā vnius: vt. l. seruus legatus. ff. eo. ⁊ plene etiā in. l. meui⁹. §. duobus. ff. ti. pri. dicendū est ergo scōm eū qđ hic erāt due cause lucratiue quarū exactio nō poterat fieri insolidum: qz siue legatū esset vnicuiqz ꝓ parte siue vnicuiqz insolidum non debebant habere: nisi partē in primo casu est manifestum. in secundo patet ꝑ. l. si pluribus. in fi. ff. eo. vbi quando res legatur insolidum facūt sibi partes per concursum: vnde sicut ex duabus causis illi duo nō poterāt insolidum acquirere rem: ita nec iste qui succedit loco duorum: si ergo vult totū ex vna causa alia consumitur: sed hoc dictū non videtur simpliciter procedere: qz licet duo nō possint esse domini insolidū simul: vt. l. si vt certo. §. si duobus. ff. cōmo. vnus tamen in quo concurrunt plures cause acquirendi bene pōt ex pluribus causis simul fieri dūs: vt. l. iū. §. ex plurimis. ff. de acq. pos. vnde nō est negādum qđ iste si simul ex vtraqz causa voluisset esse dūs potuisset: ideo in casu. l. nostre nō potest qz prius acceptauit dominū ex vna causa: vnde nō potest ex alia causa amplius postea fieri dūs: vt in. d. c. ex plurimis. Ad text. in. l. nō est nouum. in fi. qui videt velle qđ vna actio necessario deducat duas causas in iudicio: ⁊ per cōsequēs qđ ex vna sola quis nō possit habere totū: ⁊ qđ vna ꝑ altera nō tollat est dicendū qđ ibi loquit in eo q succedit in iure alterius qđ non erat sibi applicabile ex persona ꝓpria per ius accrescēdi: tum qz illud ius iam fuerat questū alteri: vt. l. §. interdū. de vsufru. accre. tū qz in cōtractibus regulariter ius accrescēdi nō habet locū: vt plene tradit in. l. si mihi ⁊ titio. de vsufru. sed pria rō est efficacior nos aūt loquimur in casu in quo erat in potestate legatarij vnū ex causis acquisitiōis in se cōcurrentem extinguere: ⁊ ex alia totū acquirere: vt vidisti in positione casus ⁊ in glo. ¶ In ea. glos. ibi sed alij ⁊c. doc. cōmuniter dicūt qđ prima ps est verior: nā ego possum deducere duo iura in iudicio: dūtamen deducā ea cōtra eādē rē in vno iudicio ⁊ vno libello. sic intelligit. l. nō est nouū. allegata i ⁊trariū de qua materia plene vt tradit Bar. in repe. in. l. edita. C. de eden. ⁊ quot modis dicat vnus libellus vel plures vide ibi per bar. ⁊ in. l. libellorū. §. j. ff. de accu. ⁊ per Bal. eleganter in. l. ordinarij. in vlti. col. C. de rei ven. aligd etiam tetigit Bar. in. l. j. §. si plura. ff. ad turpil. ⁊ per ea que tanguntur hic in glo. arguit hic Bar. contra aduocatos florentinos qui ex vna summa: verbigratia ex. c. petunt partem coram iudice. nam si non opponitur a reo procedit iudicū scōm eū: vt insti. de actio. §. si min⁹. ⁊ est optimus text. in. l. si ex toto. §. j. ff. eo. Si vero opponitur nō procedit iudiciū: ne cōtinentia cause dimidat: vt. l. nullu. C. de iud. ⁊ in. d. l. nō est nouum. §. alle. ⁊ hoc dictum valde commendat hic Jo. de imo. dicens se nō meminisse alibi hoc positum. qđ tū Bar. tetigit clare in duobus locis vcz in. l. quidā exti manerunt. in fi. si cer. pet. ⁊ in. l. incommodato. §. duabus rebus. vbi perfecte loquit. ff. cōmo. ⁊ videtur confirmare istam doctrinā que tamen potest limitari dupliciter. ¶ Et primo nisi reus ptem debiti confiteatur ⁊ parte neget quo casu inste pōt offerri petitio super parte: qz super eo qō reus est confessus nō precedente libello non est opus dare petitionē: sed sufficit sibi fieri ꝑceptū: vt. l. si debitori. ff. de iudi. ita declarat solenniter Bald. in. l. edita. in. v. char. in repe. paduana. C. de eden. ¶ Scōo vī posse limitari: nisi iudex coram quo petit pars totius non possit cognoscere de materia ꝓpria vel hereditaria ⁊ electa vna causa nō potest redire ad altā. vel sic ⁊ breuius ſm Bal. quando iura duarum ꝑsonarum concurrunt in vna idem potest vna persona qđ poterāt ille due. Secunda est ibi: ⁊ si voluero. ¶ No. primo qđ id qđ acquiritur alicui ex iure accrescendi dicitur ei acquiri iure ꝓprio: qz portio que accrescit portioni capit qualitatē a portione cui accrescit. l. inter socerum. §. cum inter. ff. de pa. do. ⁊. l. etiam. C. de iure do. acquisitio tamen immediate fit ei dispositione. l. ⁊ in hoc differt a prima portione cui accrescit: vt. l. si in testamento. et ibi per Bar. ff. de vul. ⁊ pupil. ¶ Secūdo no. ibi ad me pertinere: vt tota mea sit qō ille q respectu diuersarū partiū habet diuersum ius in re dicēdo simpliciter rē ad se ptinere ex vno capite nō vī renunciare alteri capiti in alia pte: vnde nomē rei capit hic ꝓ pte rei et nō ꝓ tota. facit ad ea que diximus in. l. serui electione. §. eo. hoc probatur hic erpſſe: dū requirit qđ ego dicā totā rem velle ad me pertinere ex vno capite. ¶ Ultimo no. qđ vbicūqz alicui defertur electio. l. electio semel facta est inuariabilis[a] qđ tetigi ad declarationē glo. vbi allegaui duas bonas. ll. in. l. serui electione in prin. ff. eo. ¶ In glo. posita super verbo non posse ibi non sunt cause lucratiue ⁊c. ista ratio ſm Bar. simpliciter nō est sufficiens qz due cause lucratiue ex postfacto bene possunt cōcurrere in ꝑsonā vnius: vt. l. seruus legatus. ff. eo. ⁊ plene etiā in. l. meui⁹. §. duobus. ff. ti. pri. dicendū est ergo scōm eū qđ hic erāt due cause lucratiue quarū exactio nō poterat fieri insolidum: qz siue legatū esset vnicuiqz ꝓ parte siue vnicuiqz insolidum non debebant habere: nisi partē in primo casu est manifestum. in secundo patet ꝑ. l. si pluribus. in fi. ff. eo. vbi quando res legatur insolidum facūt sibi partes per concursum: vnde sicut ex duabus causis illi duo nō poterāt insolidum acquirere rem: ita nec iste qui succedit loco duorum: si ergo vult totū ex vna causa alia consumitur: sed hoc dictū non videtur simpliciter procedere: qz licet duo nō possint esse domini insolidū simul: vt. l. si vt certo. §. si duobus. ff. cōmo. vnus tamen in quo concurrunt plures cause acquirendi bene pōt ex pluribus causis simul fieri dūs: vt. l. iū. §. ex plurimis. ff. de acq. pos. vnde nō est negādum qđ iste si simul ex vtraqz causa voluisset esse dūs potuisset: ideo in casu. l. nostre nō potest qz prius acceptauit dominū ex vna causa: vnde nō potest ex alia causa amplius postea fieri dūs: vt in. d. c. ex plurimis. Ad text. in. l. nō est nouum. in fi. qui videt velle qđ vna actio necessario deducat duas causas in iudicio: ⁊ per cōsequēs qđ ex vna sola quis nō possit habere totū: ⁊ qđ vna ꝑ altera nō tollat est dicendū qđ ibi loquit in eo q succedit in iure alterius qđ non erat sibi applicabile ex persona ꝓpria per ius accrescēdi: tum qz illud ius iam fuerat questū alteri: vt. l. §. interdū. de vsufru. accre. tū qz in cōtractibus regulariter ius accrescēdi nō habet locū: vt plene tradit in. l. si mihi ⁊ titio. de vsob

Universidad de Deusto
Biblioteca

testamento: tunc pura q̃ precessit haberetur pro nõ facta: ꝛ fic sola cõditionalis valebit ꝛ erit vera glo. in isto casu p.l.si ita scripsit. in prin. ff. de Jo. aũt de imo. simplr dicit glo. esse verã: qm mens testatoris vt fuisse ista: vt ista adẽptio cõditionalis induceret legatũ sub cõtraria cõditiõe quo casu etiã iducta ad diminutionẽ possunt opari augmẽtũ. allegat ter. in. l. nõ adita. ff. j. ff. de cõdi. ꝛ demon. vbi pz si ille qui primus pure legauerat eidẽ legat incõtinẽti sub cõditione: lz legatũ cõditionale sit inductũ ad diminuẽdũ: purũ operat tñ diminutio augmentũ q̃ dat electio legatario qõ velit cõsequi: intellige quãtũ ad liber. legatũ importabat diminutionẽ: ꝛ tũ er mẽte testatoris alias inueniẽ boc qõ ex grauamine resultat tacitũ relictũ ex psona grauati: vt. l. deniq;. §. interdũ. ff. de pe. lega. 1. l. titia seio. §. seia. j. de lega. ij. sed in casu nostro est necesse ita dicere: imo respõdendo ad articulũ formaliter est dicẽdũ qõ qñ precedit adẽptio pura: ꝛ sequit conditionalis: ista scõa dispositio cõtinet partim augmẽtũ ꝛ ptim diminutionem. augmẽtũ quidẽ inquãtũ limitat suspẽdi adẽptionẽ purã in vnũ casum scz in euẽtũ cõditiõis. sicut enim negatio que sequit negationẽ nõ primat sed ponit: vt. l. j. ꝛ ibi no. C. de ser. fugi. ꝛ. l. qui se patris. C. vnde liberi. ita adẽptio cõditionalis inquãtũ restringit ꝛ aufert primã adẽptionẽ purã nõ priuat, sz ponit: vt pz vniciq; recte intuẽti: sicut pactũ de petẽdo tollit pactũ de nõ petẽdo qõ est priuatiuũ cõtinet aũt priuationẽ ista adẽptio in casu cõdõnis euenies ꝛ tũc priuat legatũ qõ videt inductũ ex limitatione precẽtis puatiõis vt dixi seu ex remotiõe puatiõis precẽtis. ¶ Extra gl. ad. de victis Bar. ꝛ Dy. hic inquãtũ volũt qõ priuilegiũ concessum de creãdo notarios nõ obstãte aliquo statuto vel cõsuetudine extendat etiã ad futura [a] statuta qõ hoc videt cõra glo. in de. statu. tũ. de ele. ꝛ in cle. ñ. de rebus eccle. nõ alie. que vident velle qõ licet lex noua reprobat cõsuetudinẽ preteritã: nõ tñ intelligit̃ ꝓhibere futurã quas glo. adducũt hic ¶ Hoder. ꝛ primũ adducit. d. Ant. in. c. ñ. in. vñ. cbar. de ꝛsuetu. ꝛ do. Abb. in. c. ñ. de pba. hoc etiã tenuit Bar. post Jac. de are. in. l. j. C. de sum. tri. ꝛ Ly. post Pe. in. l. dudũ. C. de cõtraben. emp. d. Jo. hic remittit se ad no. in. d. de. statutum ꝛ allegat Pau. in cle. j. de elec. d. Pau. de ca. hic videt concordare istas opi. hoc modo qõ aut loquimur in statuto: et vera sit opi. Dy. ꝛ bar. hic nec aliquis de facili per statutẽs possit delu di priuilegiũ principis: aut loquimur in cõsuetudine que induci tur ex longo tpe ꝛ frequẽtia actuũ: ꝛ in ista nõ ita de facili potest ꝓsumi fraus nec per cã: ita faciliter eludi priuilegiũ principis: ꝛ tũc pcedat glo. in de. statutũ. ꝛ in de. ñ. ꝓallegata. ꝛ ista sunt scõm cũ qñ priuilegiũ cõcederet a principe ꝛ statutũ vel cõsuetudo induceret ab aliqua ciuitate. Sed qñ illa eadẽ ciuitas que cõcessit priuilegiũ faceret postea statutũ vel induceret cõsuetudinẽ cõtrariã priuilegio: tũc ipse dicit qõ nõ tolleretur in dubio priuilegium: nisi de eo specialiter fieret mẽtio: ꝛ etiã tũc nõ tolleretur priuilegiũ clausum in corpore iuris: p prima allegat ter. in. ñ. cõsti. C. §. si qua. ꝛ in. l. def. vbi hec tangit Bar. C. de silen. lib. vñ. pro scõo allegat duas gl. vcz i aut. qua in puꝛcia. C. vbi de cri. agi oportet ꝛ in. l. heres absens. in prin. ff. de iudi. ꝛ qõ habetur in. c. j. de capel. mo. in glo. ꝛ xxij. distin. c. renouantes. que distinctio est Bar. de verbo ad verbum in extrauaganti ad repri. in verbo non obstantibus in pe. col. quem debuit allegare additis tamẽ quibusdam cottis per eum pro prima cõclusione vide qõ ponit Bal. in l. non plures. C. de sacrosan. eccle. ꝛ in. c. j. in fi. quo tempo. mil. in. uesti. in vsi. feu. pro secunda vide glo. no. in. c. vt circa in verbo corporali. de elec. libro sexto. ꝛ glo. ꝛ quod ibi no. Ange. ꝛ Bal. in. l. prima. §. ait prętor. ff. de posthumis. Illud etiam scias vltra dicto. quod quando lex apponit istam clausulam statutis ꝛ consuetudinibus ꝛc. videtur tollere statuta ꝛ consuetudines per quas omnino impediretur concessio vel priuilegium: seus si non impediretur sed differretur in aliquod tempus secundum. Joan. and. no. in. c. cum aliquibus. de rescrip. libro sexto Innocen. illud etiam, scias qõ inter priuilegium inclusum in corpore iuris ꝛ nõ inclusum est alia differentia notabilis: q̃ primum presumitur cõcessum propio motu scõm nõ fm Bart. in aut. quas actiones. C. de sacrosan. eccle. Quid aũt iuris sit in pluribus priuilegiis eque specialibus que sunt contraria adinuicem: vide quod not. ponit Joan. an. in. c. j. de priuile. lib. vj. Addit etiam do. Pau. qõ si priuilegia transissent in contractum: verbigratia: quia essent concessa alicui in recompensationem alicuius dationis vel facti: tunc illa non possint revocari per statuentes: per ea que tradit Bartolo. in. l. omnes populi. de iusti. ꝛ iur. ꝛ in. l. quod semel. de decre. ab ordi. fa. Sed istud nõ est verum simpliciter quia distinguitur vtrum concedatur subdito vel non subdito. b: ꝛ si conceditur subdito; vtrum auferat ex causa vel nõ: super quo vide qõ plenissime scripsi in. c. j. de cõsti. in antiquis. vbi etiam tangit do. Ant. ꝛ qõ ponit Bal. omniõ in. l. qui se patris. C. vnde lib. ꝛ in. l. cum mihi. vbi notabiliter loquitur. ff. de dolo. ꝛ non prosequor vlterius nunc: quia non pertinent ad materiam nostram. Super questione autem mota per Bartolum et Dynum bicdie vt plenissime scripsi multis additis in. c. ñ. extra de proba. in vlti. cbar. ꝛ vide Bald. in. l. dudum. C. de contraben. emp. ꝛ in. c. j. de capitulis corra. ꝛ Bart. in. l. j. C. de sum. trini.

Cum incertus. In legato generis ille quẽ heres postea pro satisfactione legati tradidit. hoc dicit. Scõa est ibi: neratius. ¶ No. primo ibi si volũtate ꝛc. qõ illud dicit propie factũ volũtate nostra qõ est factum mandato nostro precedente: vt patet in ver. vel ratũ sequẽti per quẽ iuncto isto ver. satis apparet qõ ꝓprie id qõ ratificamus ex post facto nõ dicitur factũ voluntate nostra ꝛ est verissimũ in se: q̃ qualitas adiuncta verbo determinatur scõm tẽpus verbi: vt. l. titius. §. de testa. milli. ꝛ. l. in delictis. §. si detracta. ff. de nora. cum ergo dicit aliquid factũ voluntate mea significat qõ tpe facti: ista qualitas inerat ꝛ est idẽ dicere de voluntate mea ac si diceret de mãdato fm Bar. in. l. si post dotẽ. §. so. ma. super quo vide optimum ter. ꝛ qõ ibi scripsi in. l. si seruus. in prin. ff. de acquiren. pos. ¶ Secũdo nota qõ solutio facta seruo nõ liberat debitorẽ a dño nisi, dño mãdauerit vel ratum habuerit. ¶ Fallit in cõtractu qui fieret per seruũ solũ: q̃ tunc tacite videtur habere mãdatum vt recipiat solu. vt. l. que seruus. ff. de solu. fm Pau. de cast. hic. Cui adde ter. in. l. qõ seruus. ff. depo. ꝛ ibi per Bar. ꝛ optimũ ter. vbi etiã bic tradit Bar. in. l. si vnus. in prin. ff. de pac. Si aũt cõtract̃ celebrarẽt cũ seruo ꝛ dño simul tũc nõ posset solui seruo: nisi ex volũtate dñi casus est nota. et ibi boc plene declarat Barto. in. l. eũ qui ita. §. j. ff. de ver. obli. ¶ Ultimo no. ibi perinde ꝛc. qõ in legato bois in genere nihil dicit esse in legato ante elec. Sz post elec. ꝛ traditionẽ factã ille qui tradit̃ perinde est ac si a prin. solus fuisset legatus: ꝛ in hoc secũdo legatũ hominis cõuenit cũ legato alternatiuo. Sed in primo nõ q̃ in legato alternatiuo vtrũq; est in obligatione. Sed in legato hominis in genere anteq̃ fiat traditio nullus homo particularis est in obligatione vt hic tangitur in glo. ꝛ in. l. meuius. §. duobus. j. titu. pro ri. Et de legato alternatiuo vide ter. in. l. si stipulat̃ fuerit illud aut illud. de ver. ob. ꝛ fm Pau. de ca. bic ꝛ bene ad boc: vt homo particularis fingatur esse legatus a principio nõ requireret traditio ipsius. Sz sufficeret simplex electio que esset innariabilis: secus si posset variari iurta ea que habent in. l. eũ qui certarũ in fi. ff. de ver. obli. ☞ in. d. l. si stipulatus fuerit illud ꝛc. ¶ In glo. super verbo liberatur glo. in questione prin. optime dicit q̃ est casus in. l. allegata. in ea. ꝛ vide qõ no. Bar. ad materiã in. l. si domus. §. de euict. j. eo. ti. ꝛ in. l. qui cõcubinã. §. si heres. ff. de leg. iij. ꝛ qõ tradit per Bar. in. l. si quis aliam. ff. de solutio. Sed inquãtum dicit qõ res que potest aliquo modo auocari non dicitur facta alicuius pleno iure: boc est magis dubiũ quia istud verbum videt importare qõ res ptineat ad aliquẽ quo ad qñm fru. ꝛ proprietatẽ: ꝛ hoc videt sufficere licet res possit aliquo remedio auocari. ita videt pbari singulariter in. l. iulianus. ff. de rei ven. ꝛ ibi per Bal. vtrũ tamẽ sit verius non determino nunc. Sed tamen notabis glo. tuam.

Summarium.

1 ¶ Non refert vtrum protestatio precedat in prin. actus vel ponatur in fine ante actum habitum pro completo quia in complemento contractus ꝛ absolutione omnia simul videntur facta.

2 Testator: si postquaz testamentũ pro absoluto habuerit ei quippiam addit vel detrahit ista dicitur esse noua dispositio.

3 Due cause lucratiue in eadem re ex eodem testamento non concurrunt.

Sic ita scriptum. Sine clausula derogatoria fit posita in prin. sine in fine testamenti antequam testamentum habeatur pro completo legatum cui derogatur ex clausula habetur pro nõ dato: ꝛ in dubio illud videtur relictum qõ est minimum ex pluribus relictis. hoc dicit. Secunda est ibi: ꝛ ait aristo. Tertia ibi: sed papi. Quarta ibi: sed qõ magis. ¶ Nota ibi nec datur videri ꝛc. qõ quando in eadem dispositione duo capitula contraria: quorum vnum derogat alteri: sine capitulum qõ derogat precedat sive sequatur: aliud capitulum habetur pro non posito: ꝛ boc est qõ dixit Ange. in. l. si mihi ꝛ tibi. §. fi. §. eod. per istum ter. ¶ Secundo no. in versiculo papi. quod non refert vtrum protestatio precedat in princip. actus vel ponatur in fine ante actum habitum pro completo quia in complemento cõtractus ꝛ absolutione oia simul vident facta ꝛ: vt. l. si contractus. C. de fide instru. ꝛ ibi per Bar. ꝛ. l. lecta. ꝛ ibi tangit etiã Barto. ff. si cer. peta. ꝛ pro boc nõ videt referre fm. Jo. de imo. vtrũ ista protestatio non consentiens in vos tanquam in iudicem competentẽ ponatur in prin. libelli vel in fine dicit tamen qõ ista protestatio non est ponenda simpliciter iurta cautelam quam ponit Inno. in. c. cum ana. extra de elec. ꝛ remittit ad no. per se in. l. quidam cõ sulebat. ff. de re iudica. vult dicere qõ debet protestari boc modo non consentiendo per aliquem actum coram vobis faciendum tanquam in iudicem competentem: nisi si et quatenus de iure istis

istis iuder: nam si non apponeret hãc vltimam limitationem iuder posset procedere cõtra eum tanq̃ contra contumacem: super quo vide optimũ ter. ꝛ qõ ibi elegãter ponit Bal. qui allegat ista dicta in. l. si. vbi quis de curiali vel cobor. ꝛ Ange. in. l. non videt ff. de iudi. Facit etiam iste ter. optime ad illam no. q. de qua tetigit Barto. in. l. inder postquã. ff. de reiudi. vcz vtrum si inder ponit plura capitula in sententia et in vno condẽnauit simpliciter possit postea illud capitulum modificare aliquo modo antequã habeat sententiam pro lata data perfecte: de quo q̃ optime cadit

2 hic dicemus aliquid in lec. seq. ¶ Ultimo no. ibi ante impletum qõ postquã testator babuerit testamentum pro absoluto si addit ei aliquid vel detrahit ista videtur esse noua dispositio: ꝛ videtur boc esse verum etiam si postquã habuerit actus pro absoluto boc velit facere incontinenti: facit qõ habetur in. l. heredes palam. §. sed si nota. §. de test. in ter. ibi si cui legauero bis ꝛc. queritur pro declaratione litere que fuerit ratio dubitandi in isto ter. Bar. dicit qõ forte ratio fuit: q̃ poterat intelligi ista locutio quãdo testator legaret eandem rem bis vel eandẽ quãtitatem. Poterat etiã intelligi qñ legabat duas res vel diuersas quãtitates ꝛ ad tollendã hanc dubitationẽ declarat q̃ ista clausula derogatoria operat etiã si testor bis leget diuersas res vel diuersas quantitates. Sed fm primũ sensum dubitatio erat supflua: q̃ si sic intelligeremus.

a Ista clausula derogatoria [b] nõ esset necessaria † q̃ due cause lucratiue in eadẽre et eodẽ testõ nõ cõcurrũt: vt. l. plane. §. si eadẽ. f. eo. ꝛ ibi dicemus. Unde Pau. de cast. hic ponit nonum ꝛ mirabilem intellectum: quo ad istam rationem dubitandi dicit enim qõ testator legauerat duos fundos simpliciter non exprimendo speliter eos: sed dicendo lego duos fundos meos vel legauerat duas quantitates. ꝛ qõ videbat prima facie dicendũ qõ q̃ due res legabantur vno actu legandi per nomẽ collectiuũ esset vnum legatũ: vt. l. si ex toto. §. fi. ꝛ ibi fuit declaratum. §. eodem. Unde non obstãte clausula derogatoria: que dicebat cui bis legauero volo deberi semel: iste due res videbantur deberi: q̃ erant relicte vno legato ꝛ per vnum actum legandi: cõtrariũ tamen determinat bic iurisconsultus scõm eum: q̃ inspicit potius mens testatoris quã verba que videtur fuisse qõ si dat res eidem persone ex sua dispositione non deberẽtur. ꝛ sic limitatur. l. si ex toto. §. fi. §. eodẽ titu.

b Sed iste intellectus multipliciter non placet ꝓ primo q̃ si intelligimus esse legatos duos fundos testatoris vel duas quantitates simpliciter non aliter expressas in nullo casu valeret legatuz. De fundo probatur in. l. cum post. §. gener. ff. de iure do. ꝛ not. in. l. si domus. in princi. j. eod. de quantitate incerta in. d. §. gener. ꝓ locum a speciali. ꝛ in. l. triticum. cum ibi no. ff. de verborum oblig. Si aũt intelligimus duos fundos fuisse speciaĺter nominatos: verbigratia sciamus ꝛ sempronianum vel duas quantitates diuersas certas ꝛ determinatas: tunc tot essent legata quot essent res specificate: vt. l. scire debemus. circa medium. ff. de verborum obligationi. Secũdo non placet iste intellectus: q̃ in ver. sed papinianus. expresse dicitur qõ ista clausula idem operat qõ dictus erat in princi. si sepius legata prius fuissent ascripta. ꝛ sic patet q̃

d non erat dubitatio in modo legandi: q̃ etiaz si legata separatim fuissent facta adhuc querebatur de virtute istius clausule. Aut ergo sequere intellectum Bart. Aut dic ꝛ melius qõ ratio dubitandi erat illa que fuit in. l. si mihi ꝛ tibi. §. in le. §. eodem. Unde licet vtrum clausula derogatoria precedens tolleret dispositionẽ sequentem ꝛ similiter vtrum sequentem posset tollere dispositionem precedentem iam factam. Uel potes dicere qõ nõ dubitabatur: vtrum clausula tolleret legatũ sequens vel precedẽs: sed qualiter tolleret ꝛ respondetur qõ ita tollit qõ legatum sequens vel precedens fingitur non datum: et boc magis applaudet litere. ¶ In glo. posita super verbo ipso iure ibi si quidem solenni vt testamento ꝛc. Bald. bic dicit qõ si legata essent ablata per istam clausulam in testamento non soleni non valeret ademptio: sed legata remanerent firma per. l. si iure. j. de legat. iij. Sed Joan. de imo. dicit bic ꝛ bene qõ istud est verum quãdo per secundũ testa videretur fieri ademptio legatorum factorum in primo tacite ex boc solo: q̃ per secundum testamentum revocatur primum. ꝛ ita loquitur ter. allegatus per Bal. Sed quando in secundo testamento minus solẽni essent revocata legata facta in primo expresse: tunc ista revocatio haberet effectum vt legatum non depresse: tunc ista revocatio haberet effectum vt legatum non debeatur, sope exceptionis. allegat. l. plane. in principio. j. eo. ꝛ. l. militis codicillis. §. veteranus. ff. de testa. milit. Et probatur in. l. ꝛ si transferam. ff. de adi. lega. que sunt verba Barto. formaliter in d. l. si iure. in prima oppo. ꝛ est optimus ter. in. l. cum quidam. in fine. ff. de bis quib. vt indig. ¶ In ea. glo. ibi vt codicillis ꝛc. hãc glos. nititur hic defendere. d. Pau. de castro. ꝛ in. l. heredes palã. §. si quis post. §. de testa. quam Barto. ꝛ communiter hic docto. codicillis. §. veteranus. §. de testamẽ. milita. cui respondet vt plene scripsi in. d. §. si quis post. † Secundo adducit bic ter. in. l. j. §. si filius. j. de lega. iij. vbi probatur scõm eum qõ legata facta in testamento sumũt vim testamenti: quasi sint alia species a legatis re-

a ¶ Clausula derogatoria. adde quid operat ista clausula. vide per Bal. cõsi. ccvj inci. sicut sapientissime. in. ñ. vo. idẽ bal. cõsi. xxij. ici. qđ fecit testũ l. iij. vo. sticõ. sup

b ¶ Nõ placet tu potes saluare pa. duplr scõm. d. Ja. may. hic in. j. col. primo quãdo testator nõ baberet nisi duos fundos q̃ tũc nõ requireret alia specialis denomination arg. l. j. ꝛ. ij. §. de lib. ꝛ posthu. scõo potes dicere qõ fundamentũ istud dat maio

rẽ cãm ꝛ dubitãdi et decidendi put h. d. do. Jama. quẽ vid. Bene. Va.

c ¶ Cõmuni sentẽtia. Lõtra quã com munẽ sentẽtiam vide vltra paul. de cast. Ange. are. insti. de adẽp. leg. al legatẽ bonũ ter. in. l. alũne. §. titia. ff. adi. leg. ꝛ. d. xpõsonz de de castellio. quem refert ꝛ sequit̃ do. xpõso. porc isti. de adẽp. leg. ꝛ. d. pet. de bestucio hic quos refert. d. Jasmay. hic in iij. col. q dicit in pũcto iuris posse ista ps optime defendi sed pro zum ni opin. ipse addit not. p sal. in. l. ñ. C. de codici. vnde dic vt hic latius p eũ. Be. Va.

d ¶ Delinstu circa istã difficultatez vide. domi. Jas. may. ℔ in vlt. col. in versi. ñ. circa qui clarius scõm eum respondendo dicit quod timol. et d. o. Alexand. et are. nihil boni dicunt et limita secundum eum. d. l. ñ fuerit nõ procedere sa nozepie cause q̃ si reperiantur due ecclesie eiusdem nominis vel eiusdem sancti puta sancti petri legatũ

simplr factũ nõ vitiat ꝓpter incertitudinẽ: lz debeat pauperiori. alle. esse ter. no. in §. si quis aũt. in aut. de ecde. titu. ꝛ ibi Ang. no. pro limitatione illius. l. vbi inquit esse speciale in pio loco pro qua limitatione dic vt bic per prefatum dominum Ja sonem in fine. d. vltime col. Bene. Va.

e ¶ Honore religionis. Adde qõ fauendum est religioni vt in. c. significasti. el. ñ. de homici. Lardi. zaba. in. c. ñ. in. ij. no. de apostat. Nico. super.

Universidad de Deusto
Biblioteca

res debnit condẽnari. ista clausula nihil opat duabus rõnibus. Tũ qz postꝫ iuder cõdẽnanit nõ põt limitare sententiã cõdẽnatoriã. Tũ qz ista reductio fcã p hãc clausulã reddit sniam incertã z licet per primã rõnẽ sniam Bart. sequat Ang. in. l. non quãdmodũ. ff. de iudi. z Det. de anc. solenniter in regula ea que fiunt. in. vj. in. vij. char. de re. iur. Ista tñ rõ placet Bal. z merito in. l. quid ergo. ℣. pena grauior. in sua repeti. de his qui no. infa. dicit enim ibi qõ cũ omnia capitula dispositionis z cuiuscũqz z consequẽter sententie recipiant vim vel effectũ eo tpe quo fit cõclusio dispositiõis. z qõ dispõ hꝫ. p absoluta oia capitula sit vsus fieri z concludi. vñ perinde est ac si illa cla esset adiecta simul cũ capitulo in quo fuit facta cõdẽnatio. all. ter. z qõ ibi no. Bar. in. l. 2 tracta. C. de fide instru. p qua 2clone est casus no. hic. z in. l. si inequalib⁹. z ibi no. glo. ozã. de he. insti. z satis. ꝑbat ẽt er illo ter. vides enim hic qõ si aliqd adhibitis anteꝫ testñ habeẽt p absoluto fingit nõ datũ que quidẽ fictio respicit factũ inquantũ de facto legatũ fuit scriptũ: sed nõ ius qz anteꝫ testñ hꝫ pro absoluto illud legatũ nõ erat dispositio adhuc pariẽs effectũ iuris: sicut ergo in testõ clausula posita in fi. ante completã dispositionẽ facit qõ legatũ pinu datũ cẽsẽt nõ factũ. Ita cla posita in fi. snie. Alii per istã rõnẽ ista opi. nũꝫ mihi placuit. Scda aũt rõ est melior qz snia remaneret incerta si cla aliqd oparet. z per hãc rõnẽ etiã Bal. cõfirmat opi. Bar. in. d. ℣. pena grauior. in qua nõ pseqtor nũc qz nõ est nostra materia. Aduerte tñ ad hoc qz fm Bal. in. l. oẽs populi. in vltia char. ff. de iusti. z iur. statuta loci nõ debent ꝓduci in iudicio per ptẽ: qz presumunt notoria in loco vnde sicut snia nõ dicit incerta qñ põt certificari per relationẽ ad actum seu qñ refert se ad acta: vt. l. ait prẽtor. ℣. si iuder. z ibi no. de re iudi. z. l. hec sententia. C. de sen. que sine cer. quãti. ita vꝫ qõ sit certa qñ refert se ad statutũ vel ad ius qõ est notoriũ in loco qñ statutũ vel ius esset clarus: ita qõ nõ dubitaret ꝑbabiliter de intellectu ipsius. vtrũ tñ sit verũ non determino nũc: qz cõmunis opi. approbat hãc rationem Bar. vt ☞ diri. †Scõ facit iste ter. singulariter in ver. z hoc ante impletum testñ qõ si testator ꝓstꝫ habuit testamẽtũ. p absoluto. Inco tinẽti nullo actu extraneo intermedio disponit aliqd addendo vel detrahẽdo ad testñ: ista dispositio nõ valeat in vti testamẽti nisi de nouo rogent testes z repetat solẽnitas prior. z idẽ vꝫ dicendũ in cõtractibus qõ si ptes hñt 3ctũ. p absoluto. z postea incõtinenti apponũt aliqõ pactũ illud pactũ nõ vestiat coherẽtia 3tractus quasi verbũ incontinẽti significet in actu se teneti in actu dũ est in fieri [a] anteꝫ sit perfectus. z hãc opi. approbat Bar. in. l. lecta. ff. si cer. peta. sequẽdo vltramon. z in. l. iuris gentiũ. ℣. quinimo. z. ℣. idẽ marcellus. ff. de pac. pro quo facit iste ter. contrariũ tenuit idẽ Bar. sequendo glo. z Bal. post eum in. l. in bone fidei. C. de pac. licet Saly. ibi sequatur vltramon. z dicta Bar. prius allegata. et illam opi. Bar. sum secutus scribẽdo in. d. l. in bone fidei. per terqñ adducit Bar. in. l. iñ. C. de edil. actio. Cui adde ter. cum glo. z qõ ibi no. Bar. in. l. fi. C. de oper. liber. bene facit qõ habetur in l. morte. C. de pac. cõmo. z in. l. quoties. solu. ma. nõ tamen respondi ad istũ ter. z ad. l. si inequalibus. que similiter loquif. ꝛ. allegsed nũc respõdeo z dico qõ inquãtũ ad effectũ qui inducif hic vt legatũ censeaf nunꝯ fuisse datũ. ista differẽtia nõ est bona: quia si testator habuit testñ pro absoluto izꝫ dato legati er sortita iuris effectũ. vnde izꝫ dispõ que statim sequif fingaf esse pars testi prece dentis virtute tũ inspecta nõ est. z qz ista ficto inducitur ad saluandã dispositũ testatoris nõ ad irritãdam dicemus qõ nõ tãtũ operetur ad instructionem legati: vt nunqã videatur fuisse datum: sicut si esset apposita anteꝯ testamẽtũ haberetur pro absoluto. Sed quãtũ ad hoc vt ipsa dispositio testi secuta valeat tanꝯ pars testamẽti prioꝛ saltẽ ex fictiõe iuris. hoc vꝫ esse tolerabile izꝫ ☞ videaf esse dubiũ. ¶Et aduerte qõ iurisconsultus in. l. lecta. versi. dicebã. ff. si cer. peta. dicebat qõ pacta incontinẽti apposita videntur inesse que verba possunt significare fictionẽ qñ vere non possunt significare. vt. l. j. ℣. deiecisse. ff. de vi z vi ar. Aduerte etiam ad quedam dicta Barto. bic que sunt notanda. dum vult quod quando ademptio legati est facta ante completum testamentum etiam si heres conuentus a legatario nihil opponat nihilomin⁹ iuder debebit heredem absoluere: quia non potest non liquere in dici de exceptione intentionis et facti id est per quam apparet agentem ipso iure non habere actionem. z sic sentit satis clare qõ agentem sine actione iudex ex officio debet repellere secundum glossam ordinariã in. l. vbi pactum. C. de transactio. Ego autem bicaddo qõ etiam si legatum non esset extinctum ipso iure: sed ope exceptionis iudex deberet absolnere reum: quia ex quo ista exceptio est pars dispositionis ex quo agit legatarius non est opus quod pars excipiat: quia satis repellit seipsum legatarius ex dispositione in qua se fundat vt tradit Barto. in. l. eum qui ita. ℣. qui ita. ff. de verb. obl. z in. l. lecta. ff. si cer. peta. vbi autem de exceptione liget iudici aliter ꝯ modo ꝓdicto: vbi gfa ex ꝛ2sessiõe aduersarij vel ex testibus. pductis in iudicio iudex nõ posset supplere ex officio in casu nostro: qz heres prestando legatũ nõ icurreret damnum: vnde legatarius non locupletaretur cum aliena

a ¶In fieri. adde eundẽ do. Frã. are. in. l. si ita sti pulatus. ℣. grisogonus circa princi. vl. col. de ỽ. ob. Be. va.

b ¶Adinor. adde eundẽ are. l. l. ex facto. ℣. itẽque ro in fi. j. col. 3. de vulg. z pup. et qz id qõ dicit hic are. est cõtra ray. z uno. i d. ℣. si stipulãti. si saluare velis dic prout hic p d. Jas. may. quẽ p te vid. Bene. Va.

tractura fm glo. z bar. in. l. si vnus. ℣. pactus. in verbo opponẽdo ff. de pact. Alibi tamen videtur hoc limitasse Bart. nisi exceptio que competeret reo esset exceptio iuris: verbi gratia beneficium abstinendi in filium de iure pretorio. Nam tunc videtur esse de intentione. l. quod cum ista exceptio inducatur sine facto hominis z ius sit notorium etiam si non opponatur iudex debeat absoluere secundũ Bar. not. in. l. necessarijs. ff. de acq. here. Aduerte tamen inquantũ Bur. facit differentiã inter exceptionẽ intentionis z facti: z exceptione ꝓprie sumptũ: qz per hoc vult qõ exceptio z hoc est qõ dixit Bal. in. l. rescriptũ. ℣. si pactũ. ff. de pact. et in. l. j. ℣. offilius. ff. ne quis eũ qui in ius vo. est. z als plenius dicã pro qua conclusione adduco optimũ ter. in. l. ℣. vsqz adeo. iuncto ver. idem pompo. el. ij. ff. de do. dicitur enim in ver. vsqz adeo. qõ vbi cõpetit exceptio si competit actio de dolo. in ver. autem idez pompo. dz qõ qñ aliqs non debet ipso iure similiter non competit actio de dolo z sic manifeste apparet quod aliud est exceptio ꝓprie sumpta z aliud exceptio que excludit agentẽ ipso iure qz ponuntur ibi duo diuersa. Tene etiam menti doctrinam Barto. inquantum vult qõ iudex non potest supplere ex officio contra eum qui non habet act. ipso iure si hoc non cõstat sibi ex actis quod credo esse verissimum.

Summarium.

1 ☞ In maiori summa inest minor: non solum in quantitate discreta sed etiam in continua.
2 An hec doctrina sit vera in testibus variantibus sup quãtitate.

Qui quartam. In quantitate ꝓtinua vel discreta in maiori summa inest minor. in qua vꝫ legatũ si per errorẽ maior summa fuit adiecta: z idem si plus voluit legare testator: et minus legaunt. Secunda est ibi: idẽ erit. Tertia ibi: sed si plus

1 ¶No. primo qr non solum in quantitate discreta: sed etiam in quantitate continua vera est regula que ponitur in. l. j. ℣. si stipulanti. ff. de verborum obligationibus. z in. l. cum furti. ff. de in li. b iuran. qõ in maiori summa inest minor: ☞ habet hoc locum etiã in eo qui debet implere condi. cum tamẽ implementum debeat fieri in forma specifica. i. ꝓprie: vt est casus nota. in. l. iij. ℣. si plus

2 ff. de sta. libe. ¶Utrum autem ista doctrina habeat locum in testibus variantibus super quãtitate est difficilis articulus in quo de facili errat. Super quo als consului in ciuitate Aldãtue sequẽdo dicta Bald. z Saly. ex parte in. l. ñ. C. de rescinden. vendi. vbi est videndum de quibus plene ponit Joan. de Imol. vbi etiam bic se remittit in. l. inter pares. ff. de re iudi. z per Joã. an. z Archi. in. c. j. de arbi. lib. vj. Tangitur etiam de materia in. l. diem ꝓferre. ℣. si plures. ff. de arbi. z plene per Bar. z Alexander. in. d. ℣. si stipulati. Aliquid etiam tetigit Bal. in. l. ex facto. ℣. itẽ quero. ff. de vulga. z pupil. z no. in rubri. C. de sen. que sine cer. quãti. vbi omnino videas. Cetera dicam in glo. ¶In gl. posita super verbo valet ibi vel dic bic valebit in quo est plus ter. iste põt adduci pro vtraqz opi. secundũ diuersas literas. Nam si in ter. si est dictio sed z si. sicut tangit glo. in princi. tunc videret hic probari prima opi. vt dicit glo. z bene quia dictio aduersatiua iuncta cũ copula importat diuersitatem in facto z identita. in iure: vt. l. sed z si. l. in prin. z ibi no. ℣. de peti. here. z. l. sed z si quis. in princi. ff. si quiscan. si autem ponit sine copula sicut bic quidã libri habẽt. Tunc importat diuersitatem in facto z in iure: vt. l. j. ℣. sed pcũ. ff. vt quis eum qui in ius. z tangit Bald. in. l. j. ℣. ff. si quis ius dicenti non obtẽ. Et ista litera videt esse melior: ad text. nostrum z videt cõcludendũ qõ legatũ valeat non in minori quãtitate sz in maiori: vt videt probare text. in. l. quoties. ℣. sed si non in corpore bic allegata. z banc opi. sequitur bic Ly. z Bal. z Joan. de imo. post eum. Bart. autem concordando istas opi. dicit qõ prima opi. qõ legatum debeatur in minori quãtitate est vera qñ nõ constat manifeste de voluntate testatoris quod voluerit legare plus: licet constat ex quibusdã leuioribus coniecturis. Secunda autẽ est vera qñ manifeste constet de volũtate ipsius: hãc differẽ tiam probat ipse per ea que habenẽ in ter. z glo. in. l. si qs in fundi vocabulo. ℣. eo. vbi fit similis distinctio qñ est erratum in nomine appellatiuo sicut bic videtur erratum cũ pro. rr. nominantur decẽ. Sed ista concordia nõ placet Joã. de imo. qz licet bic sit erratum in nominibus appellatiuis: non tamen ita enormiter sicut in. l. si quis in fundi. quia ista nomina numeralia sunt magis contigua z connexa adinuicem quã species penitus diuerse. de quibus in. d. l. si quis in fundi. Sed cur sint magis cõtigua non declarat. Tu ergo dic quod ideo dicuntur connexa z contigua: quia minor numerus habet se ad maiorẽ sicut pars ad totũ quia ex eo cõficitur maior multiplicatio: sicut per septz. Et ideo iuris cõsultus no. in. l. quoties. ℣. sed si nõ in corpore. bic alleg. vocat istũ errorẽ in parte nõ in nõe appellatiuo cũ tñ de erroꝛe nominis appellatiui in ver. prime pcedẽti dixerit. Qõ autẽ distinctio Bar. nõ possit stare: ꝓbatur manifeste vltra istos: qz si esset erratum in nomine appellatiuo. vt ipse dicit in primo casu quando non

do non constaret manifeste de voluntate legatum non valeret in aliquo: vt. l. si quis in fundi. ꝓallegata. cuius cõtrarium ipse ꝓsupponit: qz dicit qõ valet in minori quãtitate ego autem dicam in lec. seq. Et si dicatur qõ. l. si quis in fundo. loquitur quando testator errãs in nomine appellatiuo non sensit aliquo modo de eo qõ exprimit. Sed secus videt in casu nostro qz saltẽ de minori summa sensit: est respõdendũ qõ per hoc demõstrat qõ non est erratũ in nomine appellatiuo sed in parte maiori sub qua sine dubio cõtinetur minor. vt in regula in toto. de reg. iur. nam si esset erratũ in nomine appellatiuo iura simplr dicũt neutrũ legatũ valere et dato qõ aliqñ valeret illud de quo fuit sensum nũqã tñ reperit qõ valeat illud qõ fuit expressum pro alio de quo fuit sensum.

Summarium.

1 ☞ Appellatione filiarum an veniat posthuma.
2 Qui speratur admitti ad partem facit partem. i. impedit qõ alter interea non acquirit totum.
3 Portio hereditatis deficiens de iure fiorum nõ applicatur fisco sed coheredi.
4 Cum duo sunt coniuncti in eadem re non distributis partibus dicuntur expresse coniuncti re z verbis.

Si duobus. Coniuncti per nomen appellatiuũ plurale habẽt inter se ius accrescendi si certũ est partẽ vnius defecisse: secus si alter speretur admitti ad partem. h. d. cum pnn. l. sequẽ.

1 ¶No. primo, vbi etiã de posthumo sentiret ꝛc. qõ appellatione
